



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Officio Episcopi Et Ecclesiae Ceremoniis Tractatus Perutilis

Gilbertus <Tornacensis>

Coloniae, 1571

VD16 G 2034

Cap. XXXVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41678

Cur pri-
mus
Quadra-
gesimæ
dies, dies
cinerum
appelle-
tur quid
ûe signi-
ficet, &
in illa
tractetur
propo-
nit.
Gen. 3.

Iob. 42.

Dies verò illa, quæ caput est le-
diuni, dies cinerũ appellatur:
quia die illa fidelium capita cineri-
bus asperguntur propter causas pra-
cipue duas: propter memoriam con-
ditionis & commissionis. Dictũ est
enim primo parenti secundum alia
literam: Cinis es, & in cinerẽ reuer-
teris. Similiter propter memoriam
commissionis. Efficax enim est re-
mediũ memoria continuata pecca-
torum. Propter quòd Iob pœnitenti-
bus exemplũ exhibuit, quando post
funera & flagella in cilicio & cine-
re, siue in fauilla, vt dicit nostra lite-
ra, lamẽta pœnitẽtia sumpsit. Ago,
inqt, pœnitẽtiã in fauilla & cinere.
Cinis nõ habet humorẽ, fauilla non
habet ardorẽ, qđ fit in spiritualiter
pœnitẽte, cum in eo deficit humor la-
sciue & feruor concupiscentie. Et
sicut ex cinere & aqua fit lanacrũ,

quod

quod appellatur lixiniū ad lauādas
sordes vestiū: ita ex cinere spiritua
lirecordatione, scilicet peccati & la
chrymis in dolore animi fit spiritua
lis ablutio animarū. Vnde Hierem. Hier. 6:

Filia populi mei accingere cilicio, cō
spargere cinere planctum unigeniti
fac tibi. Hæc autem duo coniungū
tur cinis & ciliciū, quia sunt arma
pœnitentium. Vnde illo die spiri
tuales milites confligunt, qui vsque
ad diē illum in expeditione fuerūt,
quod ostenditur in prima Collecta
Missa, cum dicitur: Concede nobis
Domine presidia militia Christia
ne sanctis inchoare ieiunijs. Vnde
ista duo simul iunguntur illa die ci
nis & cilicium. Cinis in capitibus
fidelium, cilicium in manibus pœ
nitentium eiectorū. Nam, sicut su
pra dicebatur, per eiectionē primo
rum parentū de Paradiso, represen
tat Ecclesia die illa in eiectione pœ
nitent-

nitentium, quibus datur cilicium, in signum, quod Dominus fecit primis parentibus tantum eas pelliceas post peccatum. Benè autē in cilicio & cinere pœnitens deplorat peccatum: quia in cilicio asperitas & pœnitio peccatorum intelligitur, in cinere autem puluis ostenditur mortuorum. Et ideò in utroq; pœnitentiam agimus, ut in punctione cilicij agnoscamus vitia, quæ per culpam commisimus, & per cinerem mortis sententiam ad quam peccando peruenimus. Unde quia dictum est primo parenti mortuo per peccatum: Puluis es, & in puluerem reuertaris: ideò puluis sine cinis signum est & memoria sententia mortis.

Gen. 3.

Esa. 3.

Quoniam isto die conuenire debet populus ad Ecclesiam, ideò generalis fit sermo, ut conuertatur ad pœnitentiam. Et de his potest exponi verbum illud: Conuertimini

sicut

sicut in profundum recesseratis filij
Isaël.

CAP. XXXIX.

Sequitur titulus de recōciliatio-
ne pœnitentiū in cœna Domini,
sicut suprā dictum est, in die cœna
Dominica Pœnitentes veniunt ad
absolutionem. Et apud quosdam red-
ditur Symbolum à Catechumenis
secundum Laodicensis Concilij con-
stitutionem. Decreuit igitur Inno-
centius Papa illo die fieri peccato-
rum remissionem pœnitentibus, di-
cens: De pœnitentibus autē qui siue
ex grauioribus commissis, siue ex
lenioribus pœnitentiam gerunt, si
nulla interueniat aegritudo, quinta
feria ante Pascha eis remittendum
Romanae Ecclesie consuetudo de-
monstrat. De hoc etiam Hieron. in
Epistola ad Oceanum de morte
Fabiola, cuius pœnitentiam laudat
de adulterij commissione: sic igitur:

Ostendit
quomo-
do in die
cœnae do-
mini fiat
pœniten-
tibus pec-
catorum
remissio
& absolu-
tio.

G Quid